

in der Coll. Diess. wiedergegeben ist. Zum Schluss vergleiche man noch:

Vulg. c. 31.
 ... Unde nos ...
 statuimus et iudicamus, ut, si quis ... inventus fuerit furtum aut rapinam exercere et in ipso diabolico actu mortem meretur incurere, nullus pro eo praesumat orare aut elemosynam dare. ... Si autem ille fur vel latro vulneratus elabatur et expectatione mortis desperatus putatur atque reconciliari se mysteriis sacrosanctis habitu corporis et voluntate piaie mentis deprecatur Deoque et sacerdoti comite vita emendationem morum et actuum confitetur, communionis gratiam non negamus tribuendam etc.

Diess. c. X.
 (Col. III, 64).
 De furibus et rapitoribus placet ('ut' add. Diess.), si in ipsa praeda occiduntur, pro eis minime orandum. Si vulnerati in desperationem praesentis vitae prolapsi fuerint et de pravitatibus suis se poenituerint et ('de prav. — et' om. Col.), si supervixerint, Deo et sacerdoti repromiserint se emendaturos, communionem eis impendere non denegamus.

Reg. II, 93.
 Fures et latrones si in furando et praedando occiduntur, visum est, pro eis non orandum. Si comprehensi aut vulnerati presbytero vel diacono confessi fuerint, communionem eis non negamus.

und endlich:

Vulg. c. 32.
 Quaecunque ecclesia a compluribus coheredibus sit ob sessa, concordii unitate undique procuretur, ne propter aliquas disceptationes servitium Dei minuatur et cura populi inreligiose agatur. Si vero contingat pro ea com-

Diess. c. XXXIII.
 Si qua fuerit ecclesia per plurimos heredes dispartita nec se coadunare possunt, ut sub uno presbytero ecclesia procuretur, episcopus, in cuius parrochia haec clis maneat, ablatiis reliquiis et digno in loco collocatis,

Reg. I, 246.
 Si plures heredes contenderint de comuni ecclesia, auferri iubeat episcopus reliquias sacras et ecclesiam claudi, donec comuni consensu stant ibi presbyterum et unde vivat